



PHÆDRI FABVLARVM
LIBER SECUNDUS.

AUCTOR.

Exemplis continetur Æsopi genus,
Nec aliud quidquam per fabellas quæ-
ritur,

Quam corrigatur error vt mortalium,
Acuatque sese diligens industria.

360 Quicumque fuerit ergo narranti iocus,
Dum capiat aurem, & seruet propositum suum,
Re commendatur, non auctoris nomine.

Equidem omni cura morem seruabo senis:
Sed si libuerit aliquid interponere,

365 Dictorum sensus vt delectet varietas,
Bonas in partes, Lector, accipias velim.
Ita, si rependet illi breuitas gratiam,
Cuius verbosa ne fit commendatio,

Attende, cur negare cupidis debeas;

370 Modestis etiam offerre quod non petierint.



FAB. I.